

Bx1935

F3

1759

v.3

PROSPERI  
FAGNANI

IUS CANONICUM  
COMMENTARIA  
IN TERTIUM LIBRUM  
DECRETALIU

DE VITA ET HONESTATE  
CLERICORUM



COLONIE ALBORNOVI  
SUSCRIPTUS FRATRUM DE TOURNES

M. DCC. LIX



PROSPERI  
FAGNANI  
COMMENTARIA  
In Tertium Librum  
DECRETALIU

DE VITA ET HONESTATE  
CLERICORUM.

Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT XIV.



Crapula & ebrietate omnes Clerici diligenter abstineant; undè vinum sibi temperent, & se vino: Nec ad bibendum quispiam incitetur; cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Undè illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales, suo modo se obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiore commonitus satisfecerit, ab officio vel beneficio suspendatur.

SUMMARIUM.

- |    |                                                                                             |    |                                                                                    |
|----|---------------------------------------------------------------------------------------------|----|------------------------------------------------------------------------------------|
| 1  | Clericus crapulosus vel ebrius monitus non desistens. ab officio vel beneficio suspendatur. | 16 | Clerici bibentes vinum sine aqua qualiter peccent.                                 |
| 2  | Ebrius quid differat ab ebrioso.                                                            | 17 | Cibus nullus vel potus est illicitus, nisi per accidens.                           |
| 3  | Ebrietas inducit exilium mentis, & libidinis incentivum.                                    | 18 | Vinum bibere in propter scandalum sit peccatum.                                    |
| 4  | Ebrietatis quæ & quanta sint mala.                                                          | 19 | Verba imperativa an obligationem inducant.                                         |
| 5  | Vinulentum Sacerdotem & Apostolus prohibet, & vetus lex damnat.                             | 20 | Consilium perfectionis non est obligatorium.                                       |
| 6  | Clericis an liceat bibere ultra tertiam vicem.                                              | 21 | Canonis imperantis, vel prohibentis transgressio ex sui natura est culpa mortalis. |
| 7  | Moniales debent vinum suere sicut venenum.                                                  | 22 | Suspensus ab officio an sit suspensus à beneficio.                                 |
| 8  | Crapula quid sit, & undè dicatur.                                                           | 23 | Electio in panis alternationis est Iudicis.                                        |
| 9  | Ebrietas quid sit.                                                                          | 24 | Ebrietas an sit peccatum mortale.                                                  |
| 10 | Cervisia immoderatus potus an sit crapula, vel ebrietas.                                    | 25 | Peccatum nullum adeo est veniale, quod non fiat mortale si placet.                 |
| 11 | Sicera quid sit.                                                                            |    | Declaratur num. 31.                                                                |
| 12 | Crapula quandoque inebriat, & mentis exilium inducit.                                       | 26 | Vx est comminatio pena aterna.                                                     |
| 13 | Obligantur se ad potus æquales abusus reprobatur.                                           | 27 | Peccatum veniale an & quomodo possit fieri mortale, & num. 32.                     |
| 14 | Verjellizantes qui dicantur.                                                                |    |                                                                                    |
| 15 | Sponsio quid alter alterum in bibendo superabit, non est Fagnan. in III. Lib. Decretal.     |    |                                                                                    |

A

- 2 Precata minima si negliguntur, occidunt.
29 Ebrietas tripliciter potest contingere.
30 Moraliter accipitur fructus non ab his que per accidens...

1 Crapula. Abbas antiquus sic ponit casum brevem; Clerici se ingurgitare vel inebriari non debent...

2 Ebrius enim hoc differt ab ebrioso secundum Bald. nu. 1. quod ebrius dicitur actu; ebriosis habitu vel consuetudine...

3 Nota primo, ebrietas athen inducere exilium mentis & libidinum incrementum. Unde in c. 44. dist. 1. dicitur...

4 Precipue vero hoc damatur in Ecclesiasticis & Dei seruitur mancipibus. Unde in c. 1. dist. 1. dicitur...

5 Secundo nota, aliud esse crapulam, aliud ebrietatem. Et quidem crapula est excessus cibi, seu immoderata voracitas...

- 35 Cibus & potus moderatus sano, potest esse superfluum infirmo & conuerso.
36 Inebrians se ad vomitum provocandum, an peccet.
37 Inebriare se non licet sine peccato ad vitandam tyranniam...

torum. Quid de immoderato potu cervisie an sit crapula, vel ebrietas? Bald. hic num. 4. dicit ebrietatem esse excessum vini vel cervisie...

Terio nota in ver. Unde illam 4. Concilio generali hic reprobari ab usum illarum regionum que ad potus regulares...

Quarto nota ibi, Vinum sibi temperet, argumentum quod Clerici bibentes vitium sine aqua absque iusta causa, peccant...

Quod si hanc esset tantummodo lex consilii perfectionis, utique ad nullam culpam obligaret. Et in c. 1. dist. 1. dicitur...

bentis ex sui natura sic culpa mortalis, c. Nulli fas 19. dist. 1. c. Violatores 25. qu. 1. Archid. in c. Detestanda, num. 4. de concess. prob. lib. 6. Et scripsi plenè, in c. fin. n. 22. de Constitut. Adulter & bene Cardin. hic num. 3. & Abb. num. 2. in hac materia spectandum esse vini regionis & complexionis qualitatem & idem notat Marian. Socin. in c. Si consulerit, num. 18. & 19. infra de accusat.

Ultimo nota ibi, ab officio vel beneficio, argumentum quod suspensus ab officio non est suspensus à beneficio; loquitur enim hic textus alternativè & electio est Judicis, secundum gloss. fin. quam sequuntur Joan. Andr. & communiter DD. hic, ut restat Abb. num. 4. quam tamen declaro, ut per eum & plenius per Felin. in c. Inter ceteros num. 5. vers. Fallit quinto, ubi prædictam conclusionem restringit decem modis, supra de resecr.

Quarto, an ebrietas sit peccatum mortale, Doctores hic tenent esse tantummodo veniale, non autem mortale, nisi sit afflicta, vel in consuetudine. Et in hoc restat Joan. Andr. num. 1. in ver. Sibi temperet, Butr. num. 2. & num. 5. Card. & Anchar. ambo n. 3. Collectar. n. 2. & alii Abb. in cap. Si consulerit num. 3. in 2. notab. infra de accusat. ubi dicit ebrietatem, si rara est, esse peccatum veniale, sed non mortale & cum eo transeat inebriat. Marian. Socin. n. 5. in 2. not. & Felin. n. 2. Idem tenet Lucas de Penn. in l. 1. v. Ceterum, c. de erogac. milit. anno lib. 12. & probatur aperte in c. unum orarium 6. Nunc autem ver. Aliis ea demum 25. dist. ubi Augustinus recentior peccata capitula ex suo genero & inter illa commemorat ebrietatem, ubi, ebrietas floscula sit. Ad idem optimus textus in c. Multi 2. quæst. 1. ubi referuntur verba Apostoli 1. ad Corinth. 5. Nunc scripsi vobis non commiseri: si quis frater nominatur in vobis, ut fornicator, aut idolis serviens, aut avarus, aut malecicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et decretum Concilii Tridentini, sess. 6. de iustific. cap. 15. ibi, Divina legis doctrinam defendendo, que à Regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, avaros, ebriosos, &c. ceterosque omnes qui letalia committunt peccata, ponderando utrobique verbum, ebriosus, quod secundum Bald. hic n. 1. Collectar. n. 2. importat consuetudinem se inebriandi. Ad idem est Canon Apostolorum 42. relatus in cap. 1. 35. dist. 1. Episcopus aut Presbiter, aut Diaconus alev, aut ebrietas delinens, aut desinat, aut deponatur. Subdiaconus autem, aut Lector, aut Cantor similia faciens, aut desinat, aut communione privetur, similiter & laicus. Ponderando illud verbum, deserviens, quod eodem modo consuetudinem designat, ut ibi post Hugon. notat Archid. n. 1. in ver. Deserviens. Turrecrem. num. 12. & Præp. num. 3. vers. Quare an isti Clerici. Ex hinc optime videtur suffragari dictum August. in cap. Unum, §. Nunc autem, vers. Criminis 25. dist. Videlicet peccatum nullum est adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet.

Sed in oppositum est textus in c. Sexto die 35. dist. Et quod habetur in c. 5. Ve qui potentes istis ad bibendum vinum & vini fortes ad mistendam ebrietatem. Nam, ve, est comminatio poenæ æternæ, que non fit nisi pro mortali peccato, secundum Turrecrem. in dict. cap. Sexto die n. 6. & probatur in cap. Ve qui dicitur 1. quæst. 3. & in cap. Ve eis, de pænis dist. 4. Præterea si ebrietas esset tantummodo peccatum veniale, idem actus ebrietas ex sola frequentia & assiduitate non potest fieri mortale; quia ea que differunt in infinitum, sicut peccatum mortale & veniale non transmutantur in invicem, ut declarat S. Thom. in c. 2. quæst. 88. tit. 4. Archid. & Turrec. in cap. Tres sunt, de pænis dist. 1. ubi illud Augustini tract. 12. in suanem, peccata minima si negliguntur, & occidunt, nec non illud, Venialia multiplicata ita possunt obnervare, sicut unum mortale, intelliguntur dispositivè & per occasionem, non per causam.

Quod tenendum 1. Dic ebrietatis culpam consistere in inordinato usu & concupiscentia vini. Hoc autem contingit esse tripliciter. Uno modo, quando quis ignorat usum vini esse immoderatum, & inebriare potenter, ut cum nescit vini fortitudinem & huiusmodi; & hæc ebrietas potest esse sine peccato, sicut creduntur. Noë inebriatum fuisse, Gen. 9. Alio modo, quando quis percipit potum esse immoderatum, non tamen estiam posse inebriare & sic ebrietas potest esse cum veniali peccato. Terio modo, quando quis bene advertit potum esse immoderatum & inebriantem, & tamen magis vult ebrietatem incurere, quàm à potu abstinere & talis proprie dicitur ebrius, quia moraliter recipit speciem non ab his que per accidens eveniunt præter intentionem, sed ab eo quod est per se intantum; & sic ebrietas, est peccatum mortale, quia secundum hoc homo sciens & volens, privat se usu rationis, quo secundum virtutem operatur & peccata declinat & sic peccat mortaliter, periculo peccandi se committens. Dicit enim Ambr. Vitandum dicitur ebrietatem, per quam Sec. cap. Sanè 15. quæst. 1. Ita Archid. in cap.

6 Sexto die n. 9. 35. dist. qui hanc distinctionem ad litteram transtulit ex Div. Thoma, licet illius non faciat mentionem in 2. 2. quæst. 150. cap. 2. ubi Caietanus dicit, privare se usu rationis ex inordinata concupiscentia vini absque dubio esse mortale peccatum, quia propter delectationem in potu non curat sciens & volens privare se usu rationis. Atque ita non privato usu rationis absolute, nec delectatio potest esse sine culpa, ut in dormiente, que delectatio in potu vini absolute culpam constituit, sed delectatio in potu vini inebriantis in sciente & volente illam, constituit rationem culpe mortalis. Eandem distinctionem sequitur Turrecr. in dict. cap. Sexto die n. 8. 35. dist. Joan. à Capistr. hic n. 7. & Silvestr. in ver. Ebrietas n. 2. Nec dissentit Navarr. in Nam cap. 23. n. 131. dum dicit cum qui scilicet vel alium scienter inebriat, mortaliter peccare, quia mortaliter vult nocere alteri & sibi esse documentum, cui resistunt non potest volens se, vel alium usu ratione privare.

Non obstat autoritas Augustini in d. e. Unum orarium 32 in ver. Aliis ea demum 25. dist. dicens ebrietatem esse peccatum mortale, si sit assidua. Item hunc locum revocenter glossat S. Thom. d. art. 2. in ref. ad primum, dicens, assiduitatem facere, ut ebrietas sit peccatum mortale, non propter solam iterationem actus, assiduitas enim importat circumstantiam, que non trahit in aliam speciem peccati; nec potest in infinitum aggravare, ut de veniali faciat mortale, Sed quia non potest esse, ut homo assidue inebrietur, quin sciens & volens ebrietatem incurat, dum multoties experitur fortitudinem vini & habilitatem suam ad ebrietatem. Et sequitur Caietan. ubi respondit ad primum vers. Ad hæc dicitur; ubi aut locum Augustini esse intelligendum de assiduitate quoad effectum, qui est cognoscere fortitudinem vini & debilitatem propriam ad ebrietatem. Et quoniam huiusmodi cognitio non est effectus proprius assiduitatis ebrietatis, quia sine tali assiduitate potest talis cognitio haberi & idcirco sine assiduitate tam præteriti, quam præteriti, est ebrietas peccatum mortale, si adit diela cognitio. Neque hoc est contra Augustinum, quoniam ipse dicit affirmativam, scilicet ebrietas assidua, id est, habens talem cognitionem, est mortale & non negativam, scilicet nisi sit assidua; quibus, etiam si diceret negativam, glossaretur, ut dictum est, assidua, hoc est habens cognitionem fortitudinis vini & propriæ debilitatis, quia & assiduitate non secundum se, sed ratione talis effectus intelligitur. Hæc Caietanus. Quod ipsum docuit idem S. Thomas in 1. 2. quæst. 38. art. 5. Ad primum. Diuturnitas, inquit, non est circumstantia trahens in aliam speciem, similiter nec frequentia, nec assiduitas, nisi forte per accidens ex aliquo superveniente. Non enim aliquid acquirit novam speciem ex hoc quod multiplicatur, vel protelatur, nisi forte in actu protelato, vel multiplicato superveniat aliquid, quod variet speciem, puta inobediencia, vel contemptus, vel aliquid huiusmodi. Ebrietas vero secundum suam rationem habet, ut sit peccatum mortale. Quod enim homo abique necessitate reddidit se impotentem ad utendum ratione, per quam homo in Deum ordinatur & multa peccata occurrentia vitat, ex sola voluptate vini, expresse contrariatur virtuti. Sed quod sit peccatum veniale, contingit propter ignorantiam quamdam, vel infirmitatem, puta cum homo nescit virtutem vini, aut propriam debilitatem, unde non putat se inebriari; tunc enim non imputatur ei ebrietas ad peccatum, sed solum superabundantia potus. Sed quando frequenter inebriatur, non potest per hanc ignorantiam excusari, quin videatur voluntas ejus eligere magis pati ebrietatem, quam abstinere à vino superfluo. Unde reddit peccatum ad suam naturam. Hactenus verba D. Thom. Et hoc intendit gloss. in d. cap. Unum orarium, §. Nunc autem ver. Aliis ea demum in ver. Ebrius 25. dist. dum ebrietatem quandoque dicit studium ad inebriandum se & hoc esse mortale peccatum. Allegat hanc decretalem, & c. Ante omnia 31. dist. 1. Quandoque vero ebrietatem dicit frequentem actum bibendi; & hoc modo esse veniale, ut in d. §. Nunc autem, in ver. Aliis in cibo. Quamobrem dum Canonistæ nostri hic dicunt affirmativè cum Augustino; Ebrietas est mortale peccatum, si sit assidua, bene dicunt, quia ebrietas assidua semper est cognita & voluntaria, & sic mortale. Sed dum dicunt negativè, ebrietas non est mortale peccatum, nisi sit assidua, non bene dicunt. Neque hoc dixit Augustinus, quia cognitio ebrietatis potest aliunde provenire, quàm ex assiduitate, & omnis ebrietas cognita, licet non sit assidua, est voluntaria & consequenter mortale peccatum ex supradictis. Quod autem dicit Augullin. in in d. cap. Unum orarium, §. Nunc autem ver. Criminis 25. dist. 1. videlicet, Nulium peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet, non est intelligendum de qualibet peccata; quia si quilibet peccata faceret peccatum mortale, tunc omne veniale esset mortale, quia quodlibet veniale placet, cum sit voluntarium, sed talis peccata est intelligenda,

que ad confirmationem spectat, in qua omnis humana perveritas consistit; dum rebus utendis fruimur, ut dicit Augustinus. Hæc S. Thom. apud Turrecrem. in d. c. Unum ararium. §. Nunc autem, num. 4. Et concordat ibi Archid. exponens verbum, dum placet, ita ut illa delectatio praportatur Deo.

33 Limita nunc conclusionem superius firmatam, quia dictum est ebrietatem voluntariam esse peccatum mortale, ut non procedat, si vinum immoderatè sumatur de consilio Medici ad valetudinem recuperandam, prout limitat Marian. Socin. in cap. Si consisterit num. 20. de accusat. ubi refert se Florentie vidisse Magistrum Ugonem Bentium insignem Philosophum & Medicum cognatum suum frequenti ebrietate quemdam filium Bernardi de Uzano à periculoso morbo liberasse. Quod videtur ex mente Divi Thom. in 2. 2. quæst. 150. art. 2. ad tertium, ubi ait: Cibus & potus est moderandus secundum quod competit corpori valetudini & sic sicut quandoque contingit, ut cibus, vel potus qui est moderatus sano, sit superfluus infirmo, ita etiam potest esse corruptus infirmo. Et hoc modo cum aliqui multum comedit, vel bibit, secundum consilium medicum ad vomitum provocandum, non est reprehendendus superfluus cibus, vel potus Hæc ille. Et quamvis potus inebrians quia etiam potus aque tepide vomitur calidus; & ideo propter hanc causam non excusaretur aliquis ab ebrietate. Quærit tamen ibi Cajetanus in responsione ad tertium. An ebrietas scienter non ex delectatione potus, sed propter medicinam sit licita; & concludit esse licitam, si medicina ars disponeret ebrietatem esse necessariam ad evacuationem, seu curam alicujus infirmitatis, quia ebrietas in illo casu non esset ebrietas formaliter, quæ est peccatum, sed materialiter tantum, quoniam non esset ex delectatione in potu vini. An autem ita sit de facto, ut medicina disponat in aliquo eam ebrietatem necessariam esse, ut ipse ait, non est Philosophi moralis, nec Theologi, sed scientie medicinæ opus. Idem tenet. Mart. in 1. q. de ebriet. relatus à Cajet. dict. art. 2. ubi ait, vomitum non provocari ex potu aque tepide in omnibus. Item vomitum ex alia & alia causa provocari alias superfluitates emittere. Ac demum potus contingere, ut quis esset talis complexionis, ut ex vino quantumcumque & qualitercumque sumpto inebriaretur & ex alio potu gravius læderetur in corpore; quo casu et liceret vinum sumere & uti minus malo, se ebriando; alioquin esset perplexus, quod est absurdum. Eandem limitationem amplectitur & pluribus confirmat novissimè Cardin. Tolet. de Infruct. Sacerdotum lib. 8. tit. de ebrietate quale sit peccatum cap. 61. circa med. ubi reprobat contrariam opinionem Angeli in Summa in versiculo. Ebrietas, & sequitur Cardin. Cajetanum, ubi supra & Silvestrum in eadem verb.

37 Limitat secundò prædictam conclusionem idem Martin. apud Cajet. ubi supra, ut locum non habeat si quis inebria-

retur ad evitandam seviriã tyranni, ut sic relinqueretur pro communi bono. Sed hanc limitationem resellit Cajet. ibid. vers. Ad Alterum verò. Quia cum potus talis in ordine ad primum & proximum finem sit immoderatus; quia in ordine ad corpus & usum rationis est immoderatus; & hujusmodi immoderatio scienter facta sit peccatum ex suo genere & non sint faciendæ mala ut evitentur bona, non excusaretur à peccato non solum qui inebriaretur, sed nec si medium excederet in cibo & potu, ut evaderet seviriã tyranni, aut infidelis. Non sunt enim hæc congrua media ad hujusmodi finem. Ita Cajetanus, cujus opinio mihi magis placeat; non enim puto valere illationem: ad infirmitatem curandam licet se inebriare, ergò & ad evitandam tyranni seviriã. Quoniam videmus ad evitandam mortem naturalem licere seipsum mutilare, ut si membrum putridum sit corruptivum, cap. Rejucanda 24. quæst. 3. S. Thom. in 2. 2. quæst. 65 art. 1. Silvest. in ver. Homicidium 3. n. 4. adeò ut nec propterea incurrarur irregularitas, nisi ex mutilatione inducatur deformitas, vel impotentia ad ordinis executionem, ut in Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 43. Silvest. ubi supra. Ex tamen ad vitandam mortem à tyranno imminentem, non liceret sibi manum, aut pedem amputare, ut colligitur ex Div. Thom. ubi supra. Similiter propter infirmitatem in diebus jejuniæ licet carnes comedere, cap. 2. de observ. jejun. Et tamen tyranno sub minis mortis esum carniùm præcipiendi in diebus prohibitis non posse obtemperari sine reatu mortalis peccati, ut patet exemplo Michæorum. Ad hoc sunt jura in cap. Injustum cap. Si quis Episcopus cum tribus sequentibus, cap. Qui resistit, cap. Imperatores, cap. Quid ergò & cap. Si ite qui præst. 11. quæst. 3. Et est ratio diversitatis, quia ebrietas, ab officio membri & usus carniùm possunt esse remedia naturalis & quandoque necessaria ad salutem corporis secundum artem medicinæ, ut dictum est supra n. 34. At mortem à tyranno imminentem naturaliter depellere non possunt, nec sunt media ad id ex necessitate ordinata, sed per accidens tantum ob pravam intentionem tyranni. Quæ ratio colligitur ex Div. Thoma in quæst. 64. art. 7. ad quartum 2. 2. ubi assignans differentiam, cur liceat homicidium committere se defendendo pro conservatione propriæ vitæ; & tamen non liceat committere simplicem fornicationem, vel adulterium, vel quodcumque aliud peccatum mortale pro conservatione propriæ vitæ, cum vita spiritalis præferenda sit corporali, Actus, inquit fornicationis, vel adulterii non ordinatur ad conservationem propriæ vitæ ex necessitate, sicut actus, ex quo quandoque sequitur homicidium.

An autem liceat aliquem inebriare ad detegendum aliquod secretum concernens publicam salutem, latissimè examinavi in cap. 2. à n. 33. usque ad fin. infra de reliq. & venerat Sanctior.



DE COHABITATIONE CLERICORUM ET MULIERUM.

Lucius III.

CAPUT VII.

Vestra duxit devotio inquirendum: & infra. Alicubi dicitur, Nullus audiat Misfam Sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere; alibi verò legitur, Non potest aliquis quantumcumque pollutus fuerit, divina polluere Sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt. Qualicumque enim Sacerdos sit, quæ sancta sunt coquinari non possunt. Sumite ergò ab omni Sacerdote Christi misteria: quia omnia in Christi fide purgantur. Cæterum aliud est crimen notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo Presbiter canonicè condemnatur. Occultum quod ab Ecclesia toleratur. Cæterum aliud est quando crimen notorium non diffidetur Presbiter, vel de ipso est canonicè condemnatus. Aliud est penè occultum, quod ab Ecclesia toleratur. Item aliud est à talium officiis abstinere, ut peccandi licentia cæteris offeratur, & hujusmodi ad penitentiam fructum trahantur; atque aliud si talium tanquam in fornicatione jacentium misteria respiciantur. Sine dubitatione itaque teneatis, quòd à Clericis & Presbiteris quamquam fornicariis, & alia recipiantur sacramenta Ecclesiastica.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus fornicario non notorio licetè audiuntur Divina, & percipiuntur sacramenta: si autem est notorius, abstinendum est, & num. 10. & 14. & seqq. Et quid post Constitutionem Concilii Constantiensis, num. 17.
- 2 Verba imperativi modi æquipollent verbis præceptivis.
- 3 Missæ sacrificium non pollutur ex nequitia Sacerdotis, & num. seqq. usque ad num. 10.
- 4 Sacramenta transeunt per Sacerdotem sicut aqua per lapideos canales.
- 5 Sacerdos quantum ad virtutem sacramenti, est merè instrumentum, & organum inanimatum, licet sit organum vivum quantum ad meritum personale.
- 6 Oratio sancti facit duplici merito, sed profani unico tantum.
- 7 Ecclesia quo sensu dicitur pollutæ ab indignis, & num. seqq.
- 8 Sacerdos quantumcumque pollutus non potest divina sacramenta polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt.
- 9 Sacerdotes mali Sacramenta administrando se tantummodo laedunt, & unde aliis commoda exhibeant, inde sibi dispensant præbent.
- 10 Clericus fornicarius est suspensus quoad se, sicut qui libet existens in peccato mortali, & gravissimè peccat celebrando.
- 11 Non tamen incurrit irregularitatem.
- 12 Suspensio illata à Deo irregularitatem non inducit.
- 13 Clericus fornicarius si sit occultus, seu ab Ecclesia toleratus, non est suspensus quoad alios.
- 14 Secus si sit notorius notorietate Juris.
- 15 Et quid si sit notorius per operis evidentiam num. 16.
- 16 Sacerdos notoriè concubiniarius an sit vitandus in Divinis officiis, & Sacramentis antequam sit monitus ab Episcopo.
- 17 Post Constitutionem Concilii Constantiensis non est vitandus, nisi fuerit nominatim denunciatus per sententiam & num. seqq.
- 18 Sacerdos notoriè fornicarius an celebrando efficiatur irregularis.
- 19 Notoriè criminosis, excommunicatis vel suspensis à Canone post Concilium Constantiense, licetè communicantur etiam in Divinis, & Sacramentis, nisi sint denominati Fagnan. in III. Lib. Decretal.
- 20 Ad veritatis notitiam pluribus modis pervenitur, & quilibet modus habet suum peculiare vocabulum.
- 21 Argumentum quid sit, & quot modis sumatur.
- 22 Præsumptio quid sit.
- 23 Præsumptio variatur, debilitatur & fortificatur, prout suadent circumstantie.
- 24 Præsumptio alia temeraria, alia probabilis, alia violenta
- 25 Præsumptio alia Juris, & de Jure, seu Canonis, alia Juris tantum, alia hominis, alia natura, alia facti.
- 26 Indictum quid sit & unde dicatur.
- 27 Fama quid sit, & quotplex.
- 28 Fama de homine describitur, ibidem, & num. 41.
- 29 Fama propriè loquendo non potest esse, nisi bona & numer. 42.
- 30 Fama suam negligens crudelis est.
- 31 De fama cum dabitur, in loco conversationis est querendum.
- 32 Infamia quid sit, & quomodo contrahatur, & aboletur.
- 33 Infamia Juris qua sit.
- 34 Infamia facti qua sit.
- 35 Infamia facti removere solius Dei est.
- 36 Infamia surgens à malevolis, & inimicis, non sufficit ad inquirendum & num. seqq.
- 37 Orta ex sententia Judicis laici contra Clericum non attenditur num. 129.
- 38 Ab inimicis, & amulis quod oritur, suspitione, & irvidia non caret.
- 39 Infamia Canonica per peccatum contrahitur, & per penitentiam aboletur.
- 40 Fama inter homines descriptiones varias, & num. seqq.
- 41 Vox populi vulgò dicitur vox Dei.
- 42 Fama est vera rei gesta, vel reputatur pro gesta.
- 43 Fama vulgaris est publicus præco virtutis, infamia vitiorum.
- 44 Famam subtraham an, & quando detractores resistere tentantur.
- 45 Pavor quid sit, & in quo differat à fama.
- 46 Occultum propriè quid sit, & num. seqq. & num. 127.
- 47 Solus Dei judicio relinquatur.
- 48 Ecclesia damnat in genere, & penam infligit pro crimine occulto, sed occultum peccatorem manifestè & specificè non punit.